Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

**Torsellini, Orazio**

**[S.l.], nach 1607**

Caput XII.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

metu in magnam lætitiam versus, ingenter Regi gratias agere, quod se voti compotem fecisset, et cum tulit comitis desiderio suum misero gaudium, deinde pro tanto beneficio non gratiam modo, sed etiam solertes operas polliceri. At Rodericus ipse nequaquam irritus, primo insperata illa nunciatione perculsus oculis vultuque multum prætulit animi: deinde ubi se collegit in hanc ferme sententiam æquo animo vultuque respondit: Tantum quidem doloris Indiam adcepta suo sinu cepisse pectoris, quantum dissimulare nequiverit: sed quoniam divinam voluntatem Ignatij, Regis, Pontificis consensio satis declararet, haud ægre cuique cura eam suscepisset provinciam, ejusdem imperio depositurum. Quo circa fore utique se in Regis potestate, lubens Seminario instituendo aliquid se quoque operæ Indis navaturum, cum, quos ipse non posset, per alumnos disciplinam excoleret suam. Ita ab Rege digressi ad suam uterque munusque vertere curam

Navigaturus in Indiam, ab Rege Pontificium diploma legationis accipit, viaticum recusat.

Caput XXI.

Franciscus igitur suam expeditionem tam evidentibus mortalium Deique judicijs comprobatam non commeatu rebusque opportunis, sed oppositis commentationibus ad salubribus consilijs instruere cœpit. Nolebat scilicet novus accedere sed meditatus paratusque ad tantæ provinciæ molem accedere; et per otium cogitare, quæ deinde usui forent, ne agendi tempus in cogitando consu-

meret

meret. Ubi adfuit Indicae profectionis dies, Rex
Francisco ad se vocato, in hunc maximè modum lo-
» cutus dicitur: Paratae sunt naves, Francisce Xaveri; Regis Oratio
» tempus instat tibi adeo expetitum transmittendi in
» Indiam. Ego verò adhuc satis multa magnaq;
» habeo documenta vel verbis, vel prudentiae
» tuae: ut vestram tibi lucubrationem supervacaneam
» esse credam, ex praeteritis futura conjiciens. Cete-
» rùm ne nostro videamur defuisse officio, curren-
» tem, ut dicitur, incitabimus. Primum igitur Ethnicas
» gentes nostro imperio additas, Ecclesiae addendas tibi
» committo, ne latiùs imperium meum, quàm Dei reli-
» gio proferatur. Deinde Lusitanos homines illis
» in locis versantes, pro mea in eos paternâ cari-
» tate, tuae sic trado commendoque fidei, ut cupia-
» te, nostrae verendae vices suscedere. Non
» ignarus profectò Regibus ad regnorum admini-
» strationem multis et manibus et oculis opus
» esse. Quocirca te ego oro quaesoque per illum
» ipsum Deum, qui tibi eius expeditionis dux est
» et comes, ut peragrata mea ditione si quod tuo
» commodo fieri possit, obeas lustresque sedulò, meq;
» de omnibus rebus ad religionem spectantibus
» subinde facias certiorem. Ita demum expeditione
» hâc, si quae sunt, celeriter sublatis, Christiana
» religio tuo consilio atq; opera, nostra ope ac prae-
» sidio Indiam orientemq; pervaderet. Neq;
» dum prius regnum deseret, quàm studium au-
» gendae religionis. Hanc omnibus opibus, hanc
» omnibus viribus propagare certum est. Tua
» sunt partes, nec suscepta cura, nec nostro
» studio deesse. Quidquid divinis cultus, quidquid
» rei Christianae opus esse videbitur, deferri nobis vi-
» debitur, fidenter postulato: fiet quod postulaveris

# Francisci Xaverij

[illegible] ego sumptum pro Religione reponas in locum
Xavero aeque Francisco; et quoniam haud dubio divi-
ni Numinis instinctu, tantique ad difficillimam ex
omnibus provinciam tendis, gerendam quam ad
hoc tulisti; et quae virtute eminens in Lusitania, hanc
fers tecum in Indiam; Inde Rex probato Pontifi-
cis diplomate adjecit: Atque ut intelligeres maxi-
mas tibi rerum gerendarum potestatem non a me
solum, sed etiam a Christi vicario permitti, do tibi:
En tibi Pontificum diplomas quo Apostolicus Legatus
in India constitueris, simul testimonium potesta-
tis, et continentem industriae. Tum Xaverius

Responsio Xaverij

qui dudum ad laudes suas erubuerat, diploma
se non verecundius quam reverentius accepto.
Si quam bene de me, Rex optime, existimas
[illegible], inquit, tam vere existimare rem
[illegible], sane talis et Regis et boni judicis [illegible]
Deo bonorum omnium largitori gratularer. Sed
nimium certe tua probitas fallitur opinione
virtutis alienae. Ego mea tenuitati ac [illegible]
quitiae conscius, non infitiar, vide me alij
alijs [illegible] credere, quam mihi! Profecto [illegible]
[illegible] neque ac [illegible]
talis haec [illegible] sunt, non [illegible]
[illegible] te, vel a Pontifice longe plus oneris
imponitur, quam mea imbecillitas ferre
queat: malo tamen oneris magnitudine op-
primi, quam quod Dei nutu imponatur, ab
infirmitate animi aut more detrectare, aut
unquam deponere. Nimirum Deus vires addidit
cum onere, et facultates cum potestate lar-
gitur

„Quare ea caelesti subnixus ope, in omni vita efficiam, „ut omnes intelligant, meminisse me, quam „personam à Deo, à Pontifice, ab Rege Lusitaniae „impositam hac mea sustineam humilitate: omni„busque in dictis ac factis citius me deficiet vita „quam fides. Haec cùm tum Rex familiariter admonet, misserat etiam atque etiam ut quid vellet Lusitaniae, vel in India desideraret: imperasse utrobique magistratibus, ut ei, quaecunque vellet, impigrè darent, et simul regias ei litteras tradit, non commendationis magis plenas, quàm autoritatis. Franciscus, actis regi gratiis, manumque eius de more osculatus, domum reuertitur, ut animus valere iussis, conscendere navim. Nec regis dicta factis benigniora fuerunt. Magistratibus procuratoribusque regiis mandarunt sanè diligenter, ut Francisco ceterisque socijs tum in Lusitania, tum in India suppeditarent quaecunque vel ad ipsorum vitam tuendam, vel ad Dei cultum augendum, opus forent. Itaque Xaverius ceterique è Societate JESV, regijs deinceps facultatibus opibusque in India, Malaca, Moluco, Japonia, vitam atque itinera sustentantes, longè latèque Christi nomen protulere. Caeterùm etsi omnia benignè suppeditarent viri, modestia tamen cum regia munificentia certabant: ut ne quid ultra usum necessarium sumerent, de aliena benignitate, ut perennis fonte, parcè hauriendum rati. Quocirca in suis commodis curandis, cùm ubique semper, tum verò sub profectionem Indicam ac... rario peperierunt. Igitur Xaverius à paupertatis amore magis quàm ab verecundia nihil omnium postulantem. Magistratus ipsi ultro, in gratiam Regis adeunt: demonstrant sibi ab Rege magnopere injunctum

Xaverius et ceteri è Societate JESV Regis Lusitani liberalitate sustinentur in India.

Paupertatis studium in Xaverio.

imperatum, ut ei, quaecunque requireret ad iter, omnia
sibi praeberent. Rogant quamprimum indicem elabo-
ratum rerum, quas desideret, ut curari possint in tem-
pore. At Franciscus magnum habere se gratias
respondit et Regiae liberalitati, et ipsorum dili-
gentiae; caeterum nihil requirere, nihil desiderare
omnino. Id cum saepius Magistratus,
idemque à Francisco responsum semper tulisset,
precibus urgere, acriusque instare, ut aliquid
saltem acciperet. Ad ultimum Xaverius, ut agendi
modum nullis fucatis, sine obstinatior pa-
tientia praeberet speciem pertinaciae, ita more
sic gessit, ut suum ipse teneret institutum. Cento-
nem seu vulgarem lacernam postulavit, ad arcen-
da summa hyemis frigora, quae circa Bonae
Spei promontorium navigantibus subeunda scie-
bat esse, paucosque libellos magno sibi usui
in India futuros. Neque ultra eum proceres
flectere potuerunt, ut quicquam praeterea
dari sibi pateretur. Itaque Comes Castaneri-
nerius, Indicae classi instruendae Praepositus,
Franciscum in praetoria navi Regio jussu lo-
catum, et viatici securum, eius vicem sollicitus,
ipse convenit, eique ostendit Regis praeceptum,
eiusdem missum, ad se venisse cum mandato,
ut illi res ad profectionem opportunas a-
bunde subministraret. Tum Franciscus,
At ego oro te quaesoque vehementer, inquit,
ne quicquam cuiquam mea causa tribuatur.
Nihilo secius Comes instare, ut saltem servum
duceret secum necessariis in rebus ministraturum.

Tum Franciscus

Tum Franciscus, Mihi verò, inquit, haud maximum usus dum erit, alio haud erit opus ministro. Quo Xaverij responso idem Comes, deinde rem alijs referens, affirmabat se obstupuisse: et simul singularem eius abstinentiam egregijs ferebat laudibus. Ita Franciscus non alio viatico quam Dei fiducia instructus, inito iam vere in Indiam solvit.

## Indiam petens edit exempla virtutis suae.

## Cap. XIII.

Olim stante Imperio Romano, et Christianâ religione in Asia vigente (: Asia enim regio Indica est :) duo fermè itinera trita erant in Indiā; unum per Syriam Euphrate flumine, ac Tigri, sinuque Persico; alterum per Aegyptum, Arabicum sinum, et mari Erythraeo. Sed iam his regionibus Saracenorum armis ac superstitione occupatis, non perinde tutus ac brevis Europaeis Christianis aditus est per infesta hostibus loca. Quocirca Lusitani homines Africae oram, quae Atlantico Oceano alluitur, legentes, Africa quàm vasta est, Arabiam Persidemque circumvecti, longissimo circuitu in Indiam traijciunt. Quippe his Oceani anfractibus abest India a Lusitania Leucarum millia amplius quatuor. Leucas dicta Lusitanis nautis familiares, quae ternis passuum millibus constant. Et hoc spatio linea aequinoctialis, quae ab aestu solis est maximè torrida, mediam ferè Africam intersecans, bis transeunda necessariò est. Hanc tam longam ac difficilem viam Henricus Princeps, Joannis Primi Lusitaniae Regis filius, sicut erat Mathematicis insigniter eruditus, primus omnium, non minore animo quàm ingenio, tentavit

Causa

Itinera in Indiam

Leuca Lusitanas

Henricus Princeps navium iter aperit in Indiam.